Incipit expoſitio ac meditatio Reuernedi Patris Fratris Ieronymi Sauonarole de Ferrariis ordis predicatorũ quã in vltimis diebus vite ſue edidit dum eſſet in carcere ſuper tribus verſibus p̄s.xxx ſcilicet. In te domine ſperaui: quã propter perſe quentium rabiem vt eum morti traderent perfi cere non potuiit.

ffr henricus venloe

[ca. 1502]

√316

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Sequitur in te dñe ſperaui,

Hiero.

TRiſticia obſedit me.
magno & forti exercitu vallauit me: occupauit cor meũ clamorib⁹ & armis. die noctuq; contra me pugnare non ceſſat. Amici mei in caſtris eius ſũt: et facti ſũt mihi inimici. Quecũq; video. quecũq; audio vexilla triſticie deferũt. Memoria amicoꝝ me cõtriſtat. Recordatio filioꝝ me affligit. Conſideratio clauſtri & celle me angit. Meditatio ſtudioꝝ meorũ dolore me afficit. Cogitatio peccatoꝝ vehementer me premit. Sicut em̃ febre laborantibus oĩa dulcia amara vidẽtur. Ita mihi omnia in merorem & triſticiam conuertũtur. Magnum ꝑfecto on⁹ triſticia hec venenũ aſpidum. peſtis ꝑniciosa murmurat̃ contra deũ. blaſphamare non ceſſat ad deſperationẽ hortat̃. Infelix ego homo qs me de manibus ei⁹ ſacrilegis liberabit. Si oĩa q̃ video que audio vexilla ſequãtur. & fortit̃ cõtra me pugnãt. Quis erit ꝓtector meus? Quis auxiliabit̃ mihi. quo vadam. quo pacto effugiam? Scio quid faciam ad inuiſibilia me cõuertam. & adducam ea cõtra viſibilia Et quis erit dux tam excelſi tamq; terribilis exercit⁹ Spes que de inuiſibilib⁹ ẽ. Spes inquam contra triſticiã veniet & expugnabit eã?. Quis ſtare poterit contra ſpem Audi quid dicit propheta. Tu es domine ſpes mea altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ. Quis ſtabit contra deũ? Quis expugnare poterit refugiũ eius qđ eſt altiſſimus. Vocabo itaq; eam: veniet ꝑfecto nec me confundet. Ecce iam venit Gaudia attulit pugnare me docuit. dixitq; mihi. Spes. Clama ne ceſſes. Hiero .& aio. Quid clamabo. Spes dic inquit cõfidenter ex toto corde.

Hieronimis . In te dñe ſperaui non confundar ineternũ In iuſticia tua libera me. O mira potentia ſpei. cuius faciẽ non potuit tollerare triſticia. Iam venit cõſolatio. Clamet & abſtrepet cũ exercitu ſuo nũc triſticia. ꝑmat mũd⁹. Inſurgãt hoſtes. nihil timeo quoniã in te dñe ſperaui. qm̃ tu es ſpes mea. quoniã altiſſimũ poſuiſti refugium tuũ. Iam ipm ingreſſus ſũ . Spes me introduxit. non ego impudẽter intraui. ipa me excuſabit corã te: Spes .Ecce inquit

Spes. O homo altiſſimū refugiū dei. Aperi oculos tuos
& vide. deꝰ ſolus ē. Solus ipē eſt ſubſtātie pelagus infinitū
Cetera ita ſūt ac ſi nō eſſēt oīa eīm pendēt ab eo. & niſi ſub
ſtētaret ea in nihilū repēte redirēt qa ex nihilo facta ſunt.
Cōſidera potentiā eius q in p̄ncipio creauit celū & terram
Nōquid nō ipē oīa in oībus operatur. Quis poteſt moue
re manū ſine eo: Quis poteſt aliqd a ſe cogitare. pēſa ſapi
entiā eius q in tranqllitate oīa gubernat. qui oīa videt. cu⸗
ius oculis oīa ſūt nuda & apta. hic ē q ſolus te liberare ſcit
Solus cōſolari. Solus ſaluare. Noli cōfidere in filiis hoīm
in qbus nō eſt ſalus. Cor homīs ī manu eius: quocūq; vol⸗
uerit vertet illud. hic ē q pōt & ſcit te iuuare. An forte eſt
tibi ſuſpecta volūtas. Pēſa bonitatē eius Cōſidera dilecti⸗
onē. An non ipē ē amator hōm q ꝑ hoīnibus factꝰ ē homo
& ꝑ peccatoribꝰ crucifixns. Hic vere ē pater tuus q te crea⸗
uit. q te redemit q tibi ſemꝑ benefecit. Nūquid poterit pa
ter relinquere filiū ſuū ꝓiice te ī eū & excipiet & ſaluabit te
Scrutare ſcripturas & inuenies q̄ ſtudioſe tāta maieſtas te
monet vt ſperas ī eū. Cur hoc nēpe qa ſaluare vult qui per
ꝓphetā dicit. Qm̄ ī me ſperauit liberabo eū. Ecce qa nulla
alia cauſa. liberare eū vult niſi qa ſperauit ī eū. Et qd ꝓphe
te. Quid apl'i. Quid deniq; ipē aploꝝ dn̄s p̄dicauerūt. ni
ſi vt hoīes in dn̄o ſperarēt. Sacrificate iāq; homīes ſacrifi⸗
ciū iuſticie & ſperate ī dn̄o. & ipē liberabit vos & eruet de
omni tribulatōne. Hiero. O magna virtus ſpei. nimirū
diffuſa ē grā in labiis tuis O vere altiſſimū refugium tu
um dn̄e ad quod malū triſticie accedere nonpoterit. hec
cognoui & ītellexi. Ideo in te dn̄e ſperaui. Quāq̄. n. pecca⸗
toꝝ moles me grauiter p̄matꝰ tn̄ deſperare neſcio: qa boni⸗
tas tua tā benigna me ad ſperandū. ꝓuocat. ideo nō cōfun
dar ieternū: Potero qdē ī tpe cōfundi nō tn̄ ī ternū· Spes.
.n. q̄ me introduxit in altiſſimū refugiū tuū nō me docuit
ſpare tpalia ſed etna. nā ſpes de īuiſibilibus ē q̄ aūt vident̄
tpalia ſūt. q̄ nō vidēt etna Audiēs itaq; ego verba ſpei q̄ me
eripe de manibꝰ triſticie venit: In te do· ſpe. Cupiēs an̄ oīa
a peccatis liberari & ꝑ miam & grām tuā ad etna q̄ nō vidēt̄
pueuire hoc primū deſidiriū meū. mea. n. peccata ſūt mea
maxīa tribulatio. ab hac. n. oīs alia tribulatio ꝓficiſcit̄ Tol
le dn̄e pctā mea & liber ſū ab oī tribulatōne. nā tribulatio

& anguſtia de fonte cordis ꝓcedit. omnis. n. triſticia ex amore ꝓuenit. Si amo filiũ & moritur tribulor. qa perdidi qd amabã. ſi ſuũ nõ amo & morit̃ nõ cõtriſtor. qa pdidi qd nõ amabã. Tolle ergo dñe pctã mea p gratiam tuã· qd reſtat niſi te ex toto corde diligã. & oĩa tpalia & vana contemnã. ſi ergo te hẽo p fidẽ a quo etiã ſpero qd ocul' nõ vidit nec auris audiuit. nec in cor hoĩs aſcẽdit: qs me poterit cõturbare. qcqd pter deum amiſero pdidi qd ñ amo. In te itaqꝫ do. ſpera . Q uõ· Spes mea me ſperare docuit. Ideo nõ cõfundar ineternũ. qa mihi dabis etna. q aũt nõ ſperat in te ſed ĩ vanitate ſua cõfundet̃ ĩeternũ· qa ad eternã cõfuſionẽ deſcendet. Potero qdẽ confundi tpalit̃ & a te & ab hoĩbus. ſed non confundar inereternũ. a te quippe dum peto liberari ab anguſtia tempali. Fortaſſe nõ exaudies me. Cõfundar quidem tpaliter vt non confundar ineternum. Non enĩ expedit mihi. quia virtus in infirmitate perficit̃ Ab hominibus vero temporaliter cõfundar. & preualent aduerſum me quãdo pſequũtur me. Sed hoc etiam pmittitur a te vt ineternũ nõ cõfundar: ſi ergo ante te mille ãni ſunt tanq̃ dies heſterna que pteriit confuſiones tẽporales libẽter ſuſtineo vt nõ cõfundar ineternũ. Sperabo in dño Q uomõ me ſpes ſperare docet. & cito ab õni tribulatiõe liberabor. quibus meritis liberabor nõ meis dñe: ſed in iuſticia tua libera me. In iuſticia tua dico nõ mea. Ego enim miſericordiã quero. non meã iuſticiã offero. Sed ſi p gratiã tuã me iuſtũ reddideris· iã habeo iuſticiã tuam. Gratia enim tua in nobis eſt iuſticia tua. Phariſei confidebant in operibus iuſticiæ. confidebant quidem in iuſticia ſua. & ideo iuſticie dei non fuerunt ſubiecti. Q uia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram deo . Iuſticia autem dei apparuit per gratiam Ieſu chriſti. Etiam ſine operibus legis philoſophi gloriabantur in iuſticia ſua. & iõ non inuenerunt iuſticiam tuam. quia non intrabant per oſtium fures erant & latrones qui venerant non ad ſaluandũ ſed ad pdendũ & mactãdũ oues. Gr̃a ergo tua iuſticia tua dñe. Et gr̃a iã nõ eſſet gr̃a ſi ex meritis daret̃. Ergo nõ in iuſticia mea. ſed in iuſticia tua libera me a peccatis meis Vel crete libera me in iuſticia tua id eſt in filio tuo q ſolus int̃ hoĩes inuẽtus eſt iuſt'. Q uid ergo eſt fili' tuus niſi ipſa

iuſticia ī quo omnes hoīes iuſtificantur. In tua ergo iuſti-
cia iuſtifica me & libera me a peccatis meis·vt liberer eti-
am ab aliis tribulatōnib⁹ quas ꝓpter ea patior. vt remota
cauſa remoueat̄ effectus. Ecce te dn̄e rogaui & conſolatus
ſum. Spes ita me docuit. Gauiſus ſum. qa in te dn̄e ſpa-
ui ideo nō confundar ineternū. Triſticia rediit cum ma-
gno apparatu reuerſa ē gladiis & lanceis vndiqꝫ munita ē
Magno impetu gradit̄. Iam ciuitatē circūcinxit. Terruit
me clamor equitū ei⁹ foris ſtans ſilentium indixit & pro-
cul locuta eſt. Triſti. O inqt. ecce q ſperauit ī dn̄o q dixit.
nō cōfūdar ineternū. q ſpem cōſolatricē ſecut⁹ē. Hiero.
Et cum me ad hec verba erubeſcere cōſpexit approprians
ait. Triſticia. Vbi tue ſpei ꝓmiſſa. vbi conſolatio vbi li-
beratio: qd tibi ꝓfuerūt lacrime. quid tue orōnes tibi attu
lerūt de celo. Clamaſti & nemo rn̄dit tibi. Fleuiſti & quis
miſericordia mot⁹ ē ſup te. Inuocaſti deū tuū & ip̄e tacuit
Rogaſti eū & obſecraſti et nō fuit vox neqꝫ ſenſus. Implo-
raſti om̄es ſc̄tōs & nullus eoꝝ reſpexit te. Ecce quid attule-
rūt tibi verba ſpei. Laboraſti & nihil in manib⁹ tuis in ue-
niſti. An putas qa de⁹ hec inferiora reſpiciat. circa cardines
celi ꝑambulat nec nr̄a cōſiderat. Hieronim⁹. Hec illa
blaſphemans aiebat. & cū ad verba ei⁹ horreſcerē appropi
ans ad aurē locuta ē dicēs. Triſticia. Putas vera eſſe que
fides predicat. Vis videre ea hominum eſſe comenta. vel
ex hoc cognoſce. qa ſi deus factus eſſet hō & pro homini-
bus cruxifixus non poſſet tanta pietas hominem tāto me
rore confectū ad ſe clamantē & lacrimātē non conſolari.
Si vt aiunt bonitas infinita eum de celo deſcendere fecit
vt crucē ſubiiret: Q n̄o nunc ad hoīes miſeros nō deſcēde
ret vt eos conſolaretur. Hoc certe facilius eſt & eadē pieta-
te ſubueniēdū. Cur angeli & beati ſi tā pii ſunt te ad cōſo-
landū nō veniūt. Quot putas hoīes ſi poſſent ad te veni-
rent & verbis ac opibus q̄tum facultas dare t̄ te letificarent
qꝫ etiam te ab omni anguſtia liberarent. Cur hoc nō faci-
ūt beati q lōge meliores hominib⁹ eſſe credūtur. Mihi cre-
de caſu oia regūtur nō ſunt niſi ea q̄ vidētur. Sp̄us noſter
nuuc euaneſcet ſicut fumus. Quis vnq̄ reuerſus ab inferis
nūciauit aliquid de his que dicuntur poſt mortem anima
bus euenire. Fabule hec ſunt muliercularum. Surge ergo

ad auxilia hominum cōſurge vt de iſto carcere ſolutus taliter viuas· vt non fruſtra ab iſta tua ſpe deceptus ſemper labores. Hierony. His dictis tantus clamor auditus ē in caſtris eius. tātus armorum ſtrepitus ac tubarum clangor vt vix ſubſiſtere potuerim. Et niſi ſpes mea dilecta mihi auxilium preſtitiſſet vinctum cathenis me ad ſuā regionē triſticia deduxiſſet. Spes. Venit itaq; ſpes diuino quodam ſplēdore coruſca & ſubridens dixit Eya miles chriſti Quid tibi cordis. quid tibi animi ē ī iſto certamīe. Quod audiens ilico erubui. Ft illa. noli inquit timere. non capiet te malum. nequaquā peribis. Ecce ego tecū ſum: vt liberē te. An neſcis quia ſcriptū eſt. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta ē triſticia hec. Nūquid perſuaderi tibi poterit non eſſe deum/ aut deum nō habere prouidentiam omnium. An poteris de fide dubitare. qui tot argumētis & ratiōibus eā roboraſti. Miror te adeo ex verbis ei⁹ ꝓſtratū. Hiero. Dic mihi obſcro: Nū in corde tuo de fide dubitare cepiſti. Viuit dn̄s & viuit aīa tua o mater mea dulciſſima quia nec minimū īfidelitatis ſtimulū ſenſi. nā p xp̄i grām nō min⁹ vera eſſe credo que fidei ſunt q̄ ea q̄ oculis corporeis cerno. Verum triſticia adeo me premebat vt potius traherer ad deſperationē q̄ ad infidelitatem. Spes. Fili ſcias hoc magnum donū eſſe dei. Nā fides donum dei eſt: nō ex opibus ne quis glorieť. Exurge ergo & noli timere. ſed potius ex hoc cognoſce. quia nō reliquit te domin⁹. qui ſi cito non exaudit non eſt deſperandnm. Si moram fecerit expecta eū: qa veniēs veniet & nō tardabit. Agricola patienter expectat fructnm in tempore ſuo. Natura non ſtatim introduxit formam cū aliquid generat. ſed primū materiā preparat & paulatim diſponit donec ſuſceptiōi fiat ydonea Scias tamen dum ſemper pie & humiliter orantes exaudire. Nonquam enim vacui ab eo recedunt. Nec rationibus hoc probare contendam. eo q, in teipſo hoc ſenſeris. Dic mihi quis cor tuum ad deum leuauit de terra. quis te ad orandum perduxit: Quis dolorem peccatorum & lacrimis exhibuit. Quis ſpem dedit. quis te hylarem in oratione & poſtea reliquit. Quis in ſancto propoſito quotidie confirmauit. Nonne dominus qui omnia ī omnibus

opaꝫ. Si igiẗ hec tibi iugiẗ dona largiẗ. Cur dicit illa feiaꝝ peſſima· Vbi ſunt orõnes tue? vbi lacrime ꝫ cetera verba blaſphemie. An neſcis quia diſiuncta eſt celeſtis Hieruſa-lem ab iſta terreſtri. An ignoras quia nec conueniens nec neceſſariũ. nec iter vtile eſt: deũ ſeu angelos & ſanctos eius viſibiliter ad homines deſcẽdere & eis familiariter loqui. Conueniens quippe non eſt proter diſtantiam meritoꝝ Que enim conuentio lucis ad tenebras. Non eñ bene cõ-neniunt viatores. & cõprehenſores. Diuerſe ciuitates di-uerſos habent ciues. Verum quibuſdam propter excellen tiam ſanctitatis cum ſint iam patrie vicini. datum eſt an gelos videre eos & alloqui. Sed ſpeciale priuilegiũ nõ om nes tangit. Neceſſariũ aũt non eſt. quia cum inuiſibiliter beati nos gubernent & illuminent ac conſolentur. non eſt opus viſibiles apparitiones adhibere. Quanquam domi nus adeo bonus ẽ vt apparitõnes etiã viſibiles cũ opus fu erit nunquam pretermittat. Quid enim potuit facere pro noſtra ſalute & non fecit. Vtilis quoq; non ẽ. quia ni-mia familiaritas parit contemptum. Nam iudeis miracu la & magna et multa ñihil profuere. Rara eñ precioſa ſũt Sufficiat ergo tibi inuiſibilis viſitatio. Scit enim domin⁹ quid opus ſit tibi. An nõ ipſe conſolatus eſt te. Scio quid in tuo corde ſenſiſti. Surge ergo & ad orationem reuerte-re. Clama: pete: pulſa: perſeuera. quia ſi nõ dabit eo quot amicus eius ſis. propter importunitatem tamẽ dabit om nia que tibi ſunt neceſſaria. Hiero. His verbis conſola tus ſurrexit & proſtratus ante deum. proſecutus ſum orõ nem meam dicens. Inclina ad me aurem tuam accelera vt eruas me domine deus meus ad te reuertor. Spes. me miſit non mea preſumptione venio. bonitas tua me inui-tat. miſericordia tua me trahit. O quãta dignatio gaudeo plane. nec alia mihi ſuperſt conſolatio. infelix iſta ꝑfecto neceſſitas. que me ad deũ venire cõpellit. que me cogit loq cum eo. que me vrget orare. Loquar igitur ad deum meũ/ quãuis ſim puluis & cinis. Inclina domine ad me aurem tuam/ quid ais anima mea. Nũ deus habet aures. Nũ ipſe corpus eſt. abſit. cum enĩ longe melior ſit ſpũs corpe. qs aſ ſerat deũ eſſe corp⁹ niſi inſan⁹. ſed balbuciẽdo vt poſſum⁹ excelſa tua dñe reſonamus. cogneſcim⁹ te ꝑ creaturas loq-

mur tibi & de te ꝑ eaꝝ ſilitudinē. Auris tua itaqꝫ dn̄e qd ē
an forte cognitio tua. nā ꝑ aures intelligimus ea que nobis
dicūtur. Tu aūt oīa q̄ loquūť & cogitāt hoīes ab eterno co-
gnouiſti: Nō ergo ꝑ aurē tuā accipe poſſum⁹ cognitiōem
tuā. Aliqd ꝑfecto inſinuat mihi aurꝭ tua qđ nō capit̄ ī ſim
plici noīe cognitōis tue. Nā qbuſdā inclinas aurem tuā ab
aliis vero auertis eā. Cognitio aūt tua ſp eadē ꝑmanet: qd
ergo auris tua. niſi approbationis & reprobatonis noticia
tua. Inclinas aurē tuā & audis verba iuſtorū. qa tibi placēt
& approbas ea. Auertis aurē tuā ex verbis impioꝝ. qa ab
impietate recedere nolūt. qa tibi nō placēt & reprobas ea.
Quid ē ergo inclinare aurē tuā loqntibus tibi. niſi eorum
orōnes approbare & eos vultu pietatis aſpicere. Illumina
re & accēdere vt cū fiducia & charitatꝭ feruore te orēt. teqꝫ
deꝑcenť qa eis dare vis qđ hūili pietate poſtulāt. Nā ſi rex
pauperi cupiēti loq̄ cū eo vultū hylarē oſtendat oculos ad
eū cōuertat & attētum verbis eius ſe demōſtrat. nōne leta-
biť paup⁹ Nōne facies & attento regis eloquiū ei ꝓſtabit·
Nōne verba & facūdiā ſubmīſtrabit. Ita dn̄e intelligim⁹ te
ad nr̄as ꝓces tūc inclinare aurē tuā. qn̄ nos ī orōe ſpū ferue
re concedis. Rogo ergo te dn̄e. inclina ad me aurē tuā· Ap-
proba orōem meā. Illumīa me. Accēde me. doce me quid
petere debeā. Eleua ſurſū cor meū vt tandē exaudies orō-
nem. Accelera vt eruas me. Abbreuia dies. Feſtina tpe ita
inclina ad me aurē tuā vt cito merear exaudiri. Tibi em̄ q
habitas eťnitatē oē tp̄s breue ē. Eternitas nāqꝫ tota ſil' com
ꝓhēdit. & in īmenſū excedit totū tp̄s vniuerſū. At mihi q̄
libet dies lōga ē· Nā tp̄s ē nūerus motus. Qui em̄ motū nō
ſentit· nec tp̄s qdem ſentit At qui ſentit motū & tēpus: ma
xime autē motum ſentit q nūerat partes eius Ego itaqꝫ qui
nūero dies & horas maxīe tp̄us ſētio· Et iō ſicut tibi mille
āni tanq̄ dies heſterna q̄ ꝑteriit. ita mihi vna dies tanquam
mille āni q venturi ſūt· Accelera ergo domine vt eruas me
a pc̄tis & aduerſitatib⁹ meis· Nā mors ꝓperat & in oī loco
me expectat. Accelera dn̄e ne forte ꝓoccupatus ab eo non
hēam ſpacium pnīe· Erue me dn̄e de manu maligni. libera
me de vinculis pc̄tī. Eripe me de laqo mortis· Educ me de
ꝓfūdo inferni· Salua me ab oppreſſione & dura ſeruitute
te triſticie vt anima mea exurgat & letetur in te ac bene-

dicat tibi oīb⁹ dieb⁹ vite ſue Gr̄as tibi ago p̱ Ieſū ſaluatorē
meū. qa ſm̄ multitudinē dolorū meoꝝ ī corde meo. cōſo
latōnes tue letificauerūt aīam meā· Ego igit̄ ſp̱ in te ſpera
bo & adiiciam ſup̱ omnē laudē tuā. Tu aūt dn̄e inclina ad
me aurē tuā accelera vt eruas me. Heu me miſerū. ecce ite-
rum triſticia terribilib⁹ armis inſtructa, vexillū iuſticie p̄-
cedit eā. Innūerabilis exercitus ſeqtur pedes ei⁹. Vnuſqſ-
qꝫ lanceā habet ī manu ſua. Vaſa mortis circūquaqꝫ cōſpi-
cio, ve mihi qa pereo. voce horribili clamat. Triſticia. O
miſer. Spes. illa tua te decepit ecce laboraſti īuanū. dixi-
ſti em̄. Inclina ad me aurē tuā. accelera vt eruas me. Nūqd
īclinauit ad te de⁹ aurē ſuā Nūqd exaudita ē orō tua vbi li
beratio? vbi cōſolatio? Nū accelerauit eruere te. adhuc vin
ctus es Nihil erga ī te īnouatū ē. Si credis fidē eſſe verā Cur
ſpē ſolā āplecteris· An neſcis qa de⁹ iuſtus ē. An ignoras iu
ſticias eius. Angelis ſuis non pepcit. nō miſert⁹ eſt eis. neqꝫ
miſerebitur ꝓpter vnū pctm̄ tātū damnati ſunt in ꝑpetuū
Adā peccauit & iuſticia dei totū gen⁹ hūanū morte puni
uit An putas deū nō ita amare iuſticiā ſicut mīam. Pueri
originali peccato dei cedētes nūq̄ videbūt faciē dei. Adeo
em̄ ſeuera eſt iuſticia dei vt ꝓpter pctm̄ qđ ip̄i nō fecerunt
ſed cōtraxerūt eterna pena plectant̄. In iferno aūt nulla ē
redēptio. Neſcis qa deus nō parcit delinquēti. Nōne tp̱e.
Noe ꝑdidit fere totum genus hūanū. Nōne ſodomā & re
liq̄s ciuitates ei adhererētes igne conſumpſit. Nec iuſticia
dei īfantib⁹ & īnocētib⁹ ſaltē cōpaſſa ē. quotiēs indeos pec
cantes puniuit. Nōne hierl'm p̱ manū. Nabuchodonoſor
fūdit⁹ euertit. tēplo quoqꝫ ſuo nō pepcit. quod etiā a. Ty-
to romanoꝝ principe factū eſt vbi tam crudeli aīa diuerſi
one grauati ſunt iudei. vt nemo ſit q audiens nō expaueſ
cat. Sed vide quam dura ſit iuſticia dn̄i. Filii pro p̄ribus vſ
que in hodiernū diem puniuntnr. Ecce iudei vbiqꝫ terra-
rum ſerui ſunt & in cecitate morientes penis cruciantur e-
ternis An putas quia maior eſt miſericodia dei quam eius
iuſticia. equidē in ipſo deo. neqꝫ maior neqꝫ minor ē Quid
qd em̄ ē ī deo ē ſubſtātia ei⁹. Sed ſi op̱a miſericordie & iu
ſticie cōſiderem⁹ mirū op̱a iuſticie excedūt op̱a mīe. Dn̄s
ip̄e teſtis eſt q ait Multi ſūt vocati pauci vero electi Pēſa ob
ſecro quot īfideles dānāt̄. quot mali xp̄iani. q̄ pauci bn̄ vi

nūt. & facile intelliges longe plura eſſe vaſa iuſticie quā
mīe. Electi em̄ vaſa ſunt mīe. reprobati vero vaſa iuſticie.
Non te ſperare facit Maria magdalena. Non latro. Non
petrus. non paulus. maria em̄ vna fuit. latro vnus. petrus
vnus. paulus itē vnus. An putas te inter paucos connume
randum q tot & tam grauia cōmiſiſti. Qui ſcandalū in ec
cleſia fuiſti: Qui celū & terram offendiſti. Ecce fleuit ocu-
lus tuus. Cor tuū mīam implorauit. & adhuc nō es mīam
conſecutus. Tot orōnes eoꝝ q diligebāt te nō fuerūt exau-
dite. Quare hoc. Nimirū qa inter vaſa iuſticie cōputaris
Spes illa tua fruſtra te laborare fecit. Seq̄re conſiliū meū
Celū te reſpuit. Terra te nō recipit. Cōfuſionē hāc magnā
quis tollerare poſſet. Meli⁹ ē tibi mori quam viuere. Elige
mortē: quā ſi nullus infert mitte tu manum in teipm̄.
Hiero. Hec illa mira importunitate ingerebat. totuſq̄
exercitus ei⁹ magnis vocibus congeminabat dicens. Mors
ſola refugiū tuū. Ego vero audiens hec expaui & illico in
faciem cecidi eiulans & dicens. Dn̄e adiuua me. Domine
ne derelinq̄s me. Spes mea veni. Spes mea veni. Et ecce
ſubito. Spes de celo micans deſcēdit & tetigit latus me-
um: & leuauit me. Statuitq̄ ſupra pedes meos & ait. Spes
Vſq̄quo paruulus eris. quamdiu tyrūculus eſſe voles
Totiens in bello fuiſti. & in medio vmbre mortis ambula
ſti & nōdum certare didiciſti. Noli. noli turbari de magna
iuſticia dei. Cōfortare puſillanimis. Timeant qui ad dn̄m
nō cōuertūtur q ambulant in viis ſuis. q ſequuntur vani-
tates. q viā pacis nō cognouerūt. Paueāt impii. q peccāt
& dicunt. qd feci. q nō conuertūtur ad cor. q vocant & ve
nire rennuūt. ignorat deū. & nolūt intelligere vt bene agāt
Hii ergo timeāt. Quid dicit ap̄lus.. Horrēdū eſt incidere
in manu dei viuētis. Tales profecto iuſticia dei punit. Hu
iuſcemodi hoīes ad eā ſpectāt. At pc̄tōres qui ad te reuerſi
ſurgūt & ad patrem miarū currunt dicētes. Pater peccaui
in celū & corā te. ſed ꝓpicius eſto mihi pc̄tōri. Confidant
in dn̄o. qa q eos traxit ꝓculdubio ſuſcipiet & iuſtificabit
Proferat in mediū hec ip̄a triſticia. ſi pōt aliquē peccato-
rē quēlibet magnū q ad dn̄m cōuerſ⁹ ſit. & nō fuerit ab eo
ſuſceptus & iuſtificatus. Quāuis em̄ de ātiocho ſcriptū ſit
nō inuenit pn̄ie locū q̄q̄ cū lacrimis inq̄ſiſſet eam. Tū hoc

nō obſtat nr̄e ſn̄ie. q̄a . Antiochus nō fleuit ꝑpter pc̄tā cō-
miſſa. ſed ꝑpter bona tp̄alia amiſſa q̄ recupare nō potuit.
Nec putes iuſticiā ita reſpicere impios. vt a mīa penitus e-
uellant̄ & ſeparentur Nec mīam ita ad iuſtos ſpectare vt a
iuſticia ſegregant̄: vniuerſe em̄ vie domini mīa & veritas
Nā & pc̄tōribus mīam facit. dū eis propter bona q̄ tp̄ali-
ter agūt. tp̄alia bona retribuit. & poſt hāc vitā eos nō q̄tū
merentur punit. Electos quoq̄ ſua iuſticia ꝓſeq̄tur dū p
culpis tp̄aliter eos affligit ne penis deputentur eternis. Tu
igitur patiēter īterim ſuſtine dn̄m. peccaſti em̄ penitentiā
age. Sufficiat tibi remiſſio culpe p grām fili mi. noli negli
gere diſciplinā dn̄i. neq̄ fatigeris dū ab eo argueris. Quē
em̄ diligit de⁹ caſtigat. Flagellat aūt oēm filiū quē recipit
Perſeuera ergo in diſciplina. tanq̄ filio tibi offert ſe de⁹. &
q̄uis pauci ſint electi compatione eoꝝ q reprobi ſunt. In-
nūerabiles tn̄ ſunt q ſaluantur. Nec em̄ vna ē tantū maria
magdalena. nec vnus tantū latro. vn⁹ petrus. vnus paulus
Qm̄ innūerabiles ſecuti ſunt eorū veſtigia pn̄iam agētes
& a dn̄o ſuſcepti & multis magniſq̄ gratiis & muneribus
decorati. nec minor ē mīa in operibus ſuis quā iuſticia.
Nam tā magna dona miſericordia iuſticie preſtat vt ope
ra eius opera iuſtieie in immenſam excedat an neſcis quia
mīa dn̄i plena ē terra: Que nā creatura pōt gloriari ſe ali-
quid hr̄e. & nō accepiſſe illud a mīa dei. Si aūt grauit̄ deū
offendiſti maior eſt ei⁹ mīa q̄ oīa pc̄tā mūdi. noli turbari
ꝑpē mltitndinē & grauitatē pc̄tōꝝ. Nōne mīa iam occur
rit tibi. Nōne oſculata ē te. Ecce cecidiſti. & nō es colliſus
Quare. Nūq̄d tū nō es vas fragile qd̄ cū ceciderit cōterat̄
neceſſe ē niſi quis ſupponat manū ſuā. Quare ergo cadēs
nō es cōtrit⁹. q̄s ſuppoſuit manū ſuā q̄s vnq̄ niſi de⁹. Signū
hoc magnū electōnis tue. Electus em̄ cū ceciderit nō colli-
det̄. q̄a domin⁹ ſupponit manū ſuā. Non ne ſcribit aplus
Diligētib⁹ deū oīa cooperātur ī bonū Vnde & meliores
efficiūt̄ & cautiores. Nōne domin⁹ cadentē illū ſuſcipit q
ab hūilitate ſuſcipit̄. Dilexiſti dn̄m plurib⁹ annis pro ei⁹
amore laboraſti. Eleuaſti deinde cor tuū & ī vanitate ſēſ⁹
tui āmbulaſti ſubtraxit domin⁹ manū ſuā & cecidiſti & ī p-
fundū maris deſcēdiſti. verūtamē dignatio dn̄i ſtatim ſup

poſuit manũ & nõ eſt colliſus· Dic ergo impulſus euerſus
ſum vt caderẽ & dominꝰ ſuſcepit me. Nõ ſic impii nõ ſic:
quos deus reprobauit. Cadẽtes enim nõ adiicient vt reſur
gãt. Sed aut pudore noxio excuſent pctã aut fiet eis frõs
meretricis. & iam nec deũ timent. nec hoiẽs reuerẽt. Surge
itaqꝫ & forti animo eſto. cõfortare & eſto robuſtus. Expe-
cta dñm & viriliter age. cõfortetur cor tuũ & ſuſtine dñm
ꝓbaſti virtutẽ q̄ nulla ſit. hnmiliare iam ſub potẽti manu
dei. & amodo cautior eſto. Patiẽtia tibi neceſſaria ẽ. Sine
intermiſſione ora & dominꝰ exaudiet ĩ tẽpore oportuno
Srurge itaqꝫ & omnem triſticiam a te expelles. pedes dñi
amplectere & ip̄e liberabit & ſaluabit te. Hiero. His di-
ctis rapta eſt in celũ me confortatũ & miro modo conſola
tum relinquẽs. q̄ ſtatim ex toto corde ꝑſecutus ante deum
ſteti. & apud pedes mei ſaluatoris ꝓuolutus cõfidẽter dixi
Eſto mihi ĩ deũ protectorem & in domũ refugii vt ſaluũ
me facias· Tu enĩ deus omniũ maximus & fortiſſimus tu
redemptor & ſaluator vniuerſoꝝ. Tu ꝓtector tuorũ fide
lium ad te cõfugio cõfidenter. Spes me introduxit. Spes
quã tua pietate ſumme diligis quã nobis ſemꝑ cõmẽdaſti
Non timui ante faciem tuã cum ea venire. Fateor: ĩdignꝰ
ſum: ſed ipſa me traxit. Timebã ingredi ꝓpter multa ſce-
lera mea. ſed ipſa fiduciã prebuit. Ecce ſtat corã te. ipſa te
ſtimoniũ ꝓhibeat. Loquar ad dñm meũ caro & peccator.
Spes me docuit dixitqꝫ mihi vt cõfideter os meũ aperiã.
Dulcis inquit eſt dñs. nõ te repellet. nõ iraſcetur. Libenter
audiet. quicqd petieris dabit. Credidi ei ꝓpter qđ locutus
ſum: verũ tuam maieſtatem cõſiderans hũiliatus ſum ni-
mis & dixi in exceſſu meo oĩs homo mendax. Nõ cõfidã
in homine ineternum ſed in te ſolo. quia tu ſolus fidelis ĩ
õnibus verbis tuis. Omnis autẽ homo mẽdax: Quid re-
tribuã tibi dñe pro õnibus que retribuiſti mihi. Calicem
ſalutaris accipiã. quia amodo nõ mihi. ſed tibi viuam ꝑ
amore tuo benefaciens oĩa mala tollerabo· nõ mea virtu
te hoc faciã ſed nomẽ dñi inuocabo. Vota mea reddã co-
rã õni pplo tuo. qa p̄cioſa ẽ in cõſpectu dei mors ſanctoꝝ
eiꝰ. Eſto ergo mihi in deũ ꝓtectorẽ. defende me ab ĩimicis
meis. Inimici mei ſunt peccata mea q̄ iuſticiã tuã ꝓuocãt
cõtra me. nõ potero ſtare cõtra eã niſi ꝓtegas me. Mĩa tua

ſit ſcutū meū: dñe vt ſcuto bone volūtatis tue corona me
nō hẽo qd offerã & quo furorẽ eiꝰ tpare poſſim. oīa q̃ me-
cū habeo me accuſant. Offeram ergo te dñe ne indigneris
dñe meꝰ. ſed magis eſto mihi in deū ꝓtectorẽ. Sub alis tuis
ꝓtege me: Scapulis tuis obumbra me & ſub pēnis tuis ſpa
bo. qd faciet mihi iuſticia ſi ſub tua ꝓtectōe me cuſtodias
obmuteſcet dñe & gladiū furoris tui reportabit in locum
ſuū. Mitis efficiet̃ vidēs pietatẽ incarnatōis tue Conſpici-
ēs vulnera paſſionis tue cernēs ſanguinẽ charitatis tue re-
cedet a me & dicet. Letare fili inueniſti me. Comede ī pace
in idip̄m dormi & requeſce. Eſto itaqȝ dñe mihi in deū ꝓte-
ctorẽ. & in domū refugii vt tēpe pluuiarum & ꝓcellaꝝ tpe
tentationū confugiã ad te qa in te ſolo ſalus mea. ſis mihi
tu domꝰ refugii. Aperi mihi latꝰ tuū lãcea pforatū vt in-
grediar pectꝰ tãte pietatis ī quo ſaluus ſum a puſillanimi-
tate ſpūs & tēpeſtate: Abſconde me in tabernaculo tuo in
die maloꝝ ꝓtege me ī abſcondito tabernaculi tui. Sit do-
mꝰ refugii mei ineffabilis pietas tua vt ſaluū me facias. nō
eñ potero nō ſaluꝰ eſſe in domo refugii tui. Altiſſimū eñ
poſuiſti refugiū tuū. munitus ē locus iſte. Nullꝰ ibi timet̃
hoſtis. vtinã ſp in eo manere liceret. q hītat in eo vulnerari
non pōt. Ad oēm igitur tentationē. Ad oēm tribulationē
Ad oēm deniqȝ cuiuſcūqȝ modi neceſſitatem. Aperi mihi
domū refugii tui. Expande ſinū pietatꝭ tue Pateãt viſcera
mīe tue vt ſaluū me facias: Non accedet illuc tentatio. nō
calūniator aſcēdet. non peſſimꝰ fratrū accuſator attinget
Securꝰ ero etiam pene mihi videor ſecurus: Grãs tibi bo-
ne ieſu quia ſpem tuã ad me miſiſti q̃ me de puluere ſuſci-
tauit & de ſtercore erexit ſtatuitqȝ corã te. vt ſis mihi ī deū
ꝓtectorẽ & in domū refugii vt ſaluum me facias. Aīa mea
cõturbata ẽ. en adeſt triſticia cum vexillo iuſticie venit ab
heſterno cõflictu non recedit. Aliis tñ armis munita ẽ. Nã
hac nocte arma mihi ſubripuit. gladiiſqȝ meis milites ſu-
os accinxit. Inermis ego et infirmꝰ qd faciam. En quã ꝓ-
catiter clamat. q̃to impetu me aggredit̃. q̃ntū cõfidit de vi
ctoria. Triſticia. Vbi inqt ẽ protector tuus. vbi do-
mus refugii.: vbi ſalus. adhuc pmanes in fiducia tua vana
Conſolatōnes ille tue de tua ymaginatione ꝓcedunt. Fin-
gis tibi deū ꝓpiciū & ꝓtectorẽ tuū. domū refugii tui & pu

tas cōſcendiſſe ī celū. Illuderis ꝑfecto a fantaſia tua & va-
ne ſpe cōſolaris. An putas te vſq; ad terciū celū fuiſſe rap-
tū. Sōnia ſūt hec recordare obſecro q̄ graue pctm̄ ſit īgra
titudo· Nonne hec fontē miſericordie ſiccat. memor eſto
dn̄m fleuiſſe ſup ciuitatē hierl'm. & ei mala vētura ꝓnun-
ciaſſe dicens: quia veniēt dies in te & circūdabūt te īimici
tui vallo & circūdabūt te vndiq; & coanguſtabūt te/& ad
terrā ꝓſternēt te & filios tuos qui in te ſūt & nō relinquent
in te lapidē ſup lapidē. Cauſamq; tātoꝝ maloꝝ nō tacuit
Sed eā ſubiunxit dicēs. eo q nō cognoueris tēpus viſitati
onis tue. Ecce quia ingratitudo nō mō priuari beneficio.
ſed etiā grauiter puniri meret̄. Nūquid hoc ad animā nō
ſpectat. Nōne aīa in ſcripturis p hierl'm ſepe ſiguificat̄. q̄
dum nō vult cognoſcere viſitationē dn̄i. a demonibus &
variis tentationibus. qbus anguſtiata cedit & ad t̄rā ꝓſter-
nit̄. Nec in ea virt' aut bonū opus relinquit̄ qd̄ nō deſtru
atur ōni enī grā priuat̄: nec de cetero reſtaurat̄. qa nō co-
gnouit tēpus viſitatiōis ſue. Tu profecto tu inq̄ es hec ciui
tas· pluribus & magnis beneficiis a deo decorata & nō co-
gnouiſti ea. ſed īgratus fuiſti. Ipſe te ad ymaginē ſuā crea
uit. In medio eccleſie nō inter infideles te genuit. In flori-
da ciuitate te poſuit. Aqua baptiſmi te ſāctificauit. In do
mo religioſa te enutrtuit. Tu aūt poſt cogitatiōes tuas cu
curriſti. In vanitate ſeuſus tui ambulaſti/& in ꝓfundū pec
catoꝝ deueniſti. Dn̄s deus vocabat & nō reſpondebas ei.
Sepe te monuit & cōſiliū eius neglexiſti. Q notiēs te illūi
nauit. Quotiēs ad cor te cōuertit. Quotiēs de ſomno ex-
citauit. Inuitabat & tu excuſabas. Trahebat & tu reſiſte-
bas ei. Tandē vicit pietas ineffabilis & īmenſa. Tu peccaſti
& ipē te viſitauit. tu cecidiſti & ipē te erexit. Tu ignoraſti
& ipſe te docuit. Tu cecus fuiſti & ipē te illūinauit. A ſtre-
pitu mūdi. a tēpeſtate pelagi/te ad quietē & portū religio
nis pduxit· Habitū ſancte cōuerſatōis dedit. Sacerdotem
ſuū te eē voluit. Ad gymnaſia ſue ſapiē te adduxit. Ingra-
tus tamē ſp̄ fuiſti & negligēter opus dei feciſti: cū tn̄ ſcires
ſcriptū eſſe. Maledictus hō qui fecerit opus dei negligent̄.
nec ſic pietas diuina te reliquit. ſed ſp ad meliora benigne
ꝓuexit. & q maximū ē te ſcia ſcripturaꝝ ornauit. Sermo-
nē ꝓdicatiōis in ore tuo poſuit: & q̄ſi vnū de magnis viris

ī medio populi te cōſtituit. Tu aūt alios docuiſti & teipm̄ neglexiſti. Alios curaſti & teipm̄ non ſaluaſti. Eleuaſti cor tuū in decore tuo. Ideo pdidiſti ſapiām tuā in decore tuo. Nihil factus es & nihil eris inpetuū. An ignoras qa ſeru⁹ ſciēs volūtatē dn̄i & nō faciēs vapulabit mult . An neſcis qa ſupbis deus reſiſtit. Quō cecidiſti lucifer q mane orie- baris. q vulnerabas gētes. q dicebas in corde tuo: In celum cōſcendā. Verūtamē in infernū detraheris in pfundum. Subter te ſternet̄ tinea. & opimentū tuū erūt vermes. An putas nūc iuenire miam qui ſcandaliſaſti plurimos. q to- tiens a deo vocatus & monit⁹ rn̄dere noluiſti. Vbi eēt iu- ſticia dei. vbi eqtas iudicii. Nō ſemp pſequit̄ mīa peccato rem terminos ſibi ſtatuit. Nōne ſcriptū eſt. Vocaui & ren nuiſt . Expādi man⁹ meas & nō fuit qui aſpiceret. ōne con ſiliū meū & increpatiōes meas neglexiſti ego quoq; ī inte- ritu vr̄o ridebo & ſubſannabo cū vobis id qđ timebatis aduenerit. Ecce qa nō ſp mīa pc̄tōri dat veniā. an nō conſi- deras. gradus mie ī te finē hr̄e. qui tot bn̄ficiis a deo hono ratus in pfundū pelagi cecidiſti. q tot gratiis ornat⁹ ob tuā ſupbiā & inanē gloriā ſcādalū fuiſti orbis terrarū. Non te itaq; decipiat ſpes vana quā ſeqris. Viue amō vt libet. No li ī hac & in alia vita penis infernalibus cruciari. Elige ha- bitare cū his qui ducūt ī bonis dies ſuos. & in pūcto ad in- ferna deſcendūt. Nec pudor te detineat. fac frōtē meretri- cis. Comedemus & bibam⁹ cras eni moriemur. deſperata ē plaga tua. inſanabilis facta ē. Hiero. Hec cū dixiſſet to tus exercitus eius vocibus tremendis vlulabat & verba ei⁹ repetebat. Deſperata ē plaga tua. inſanabilis facta eſt. ego vero memor admonitiōis mr̄is mee. quāuis aliquātulum aīo deiect⁹ pro virib⁹ erexi me. & ſteti ſup pedes meos. ele uans oculos ad celū vnde auxiliū expectabam. Et ecce ſpes hilari vultu ſplēdorib⁹ diuinis ornata de alto aſcēdēs ait. Que ē iſta que īuoluit ſn̄ias ſermonib⁹ impitis. Que po- ſuit terminos mie. q̄ infinitū vult finire. q̄ aquas maris in manibus portare ſe credit. An nō audiſti dn̄m dicentē. In quacūq; die ingemuerit pc̄tōr oīm iniquitatū ei⁹ nō recor dabor. Quis eſt hō qui nō peccet. quis pōt dicere mūdum eſt cor meū. Ad oēs em̄ orō dn̄ica ſpectat. in qua oēs dicere cōpellūtur. Et dimitte nobis debita nr̄a. Aplos hoc modo

dn̄s orare docuit. Nunquid ergo ad ceteros hoīes hec orō
non ꝑtinebit. Nonne apl'i ꝑmicias ſpūs accepperunt· Cur
aūt docuit eos dn̄s ſic orare ſi pc̄tm̄ nō habebant. Et ſi hē-
bant pc̄tm̄. qs poterit gloriari ſe peccatorē nō eē. Audi di-
lectū diſcipulū dn̄i. Si dixerim⁹ niqt. qa pc̄tm̄ nō hēm⁹ no
ſipos ſeducimus & veritas in nobis nō ē. Et Iacobus apo-
ſtolus in multis ait: offendim⁹ oēs. Oēs em̄ peccauerunt &
iugiter egēt mīa dei ſc̄ti dei hoīes. Scriptū ē em̄. Septies ī
die cadit iuſt⁹ & reſurget· Non ergo mīa terminos hēret
Sed quotiēſcūq3 ingemuerit pc̄tor mīa pſto erit. Nec inter
eſt Vtrū de magnis aut de puis pc̄tis loquamur. Cecidiſti
ſurge et mīa te ſuſcipiet. Corruiſti clama & mīa ad te ve-
niet. Iterū cecidiſti. Iteꝝ corruiſti. cōuertere ad dn̄m & viſ
cera pietatis ei⁹ tibi patebunt. Cecidiſti corruiſti tercio &
quarto plange & mīa te nō derelinquet: Quotiens peccas
totiēs reſurge & mīa finē nō habebit vt qd improperas bn̄
ficia accepta. O feminarū peſſima triſticia. An nō. Dauid
ꝓpheta maximus magna & mlta bn̄ficia acceppit de quo
dixit dn̄s. Inueni virū ꝫm cor meū & tn̄ peccauit & qdem
grauiter tam in adulterio quam in homicidio. Iuſti viri
& innocētis. nec tamē deus ſuam mīam in eo termiuauit.
Quid ſupbie pc̄tm̄ adducis non ipſe eleuauit cor ſuum &
numerare fecit populū iſrael. gloriabat̄ em̄ q̄ſi rex magn⁹
& potēs ī virtute ſua. Nec tamē ab hac reprobat⁹ eſt. Qua
re qa pc̄tm̄ ſuū non abſcondit. Nō illud pdicauit ſicut ſo-
doma. ſed dixit. Confitebor aduerſum me in iuſticiā meā
domino. Mīa itaq3 non ſibi termīos poſuit. ſed reprobi
ſtatuūt ſibi fines vt ad eos nō trāſeat. Nā vſq3 ad termīos
coꝝ vadit. ſed ipī repellūt eā. Hinc ſcriptū ē. Perdicio tua
ex te iſrael. ex me tantummō auxiliū tuū. Aperi inquit os
tuū mīe. & implebo illud. Expande ſinū tuū & dabo tibi
menſurā bonā & coagitatā & ſupfluentem. Perſiſte ī orō-
nibus & fletu ·qa q cepit te diligere & beneficiis & gratiis
te ad ſuū amorem ꝓuocare nō deficiet. ſed pficiet op⁹ ſuū
Que nā cauſa naturalis incipit opus vt in medio itineris
deſiſtat. Virtus ſemīs nō ceſſat donec fruct⁹ ad pfectionē
ꝑueniat. Que auis relinqt pullos ſuos antequam ſeipos
regere valeant. Cur hoc faciunt. Que vtilitas ex hoc ꝑue
nit illis. Nulla pfecto ſed tātum labor. Amor ergo cogit

naturales cauſas ſuos effectus ad pfectionē pducere. bonitas cōpellit eas quā cupiunt diffundere. Bonū em̄ eſt ſuiipſius diffuſiuū. Si hoc faciant creature. quid faciet creator. Ipe em̄ amor ē: ipe bonitas infinita. An. ſ. pficiet opus ſuū Audi dn̄m ieſum. Mea inqt volūtas ē vt faciā volūtatem eius qui miſit me vt pficiā opus ei⁹ Qui ergo cepit te amare. te ſuis beneficiis & gratiis attrahere te a pc̄tis mundare pculdubio pficiet opus ſuū. Hec em̄ ſunt pparatiōes etne vite. Cū igit nūc cadēs nō es colliſus. Nōne quia dn̄s ſuppoſuit manū ſuā. Quare ſuppoſuit manū ſuam. Quare cōuertit ad ſe cor ſuū. Cur te ad pn̄iam puocauit. Cur cōſolatus ē te. Nōne vt te mūdet & grā ſua dignū faciat & ad vitā eternā pducat. Nō ſunt hee illuſiōes & ymaginatiōes tue ſed diuine inſpirationes. Sed eſto ymaginationes ſint Nōne bone ſunt. Nōne de fidei virtute pueniūt. Cū itaq ōne bonū a deo ſit. vtiq ſunt hee ymaginatiōes diuine illūiatiōes. Exulta ergo in verbis iſtis. Hiero. Ad hec verba adeo confortatū eſt cor meū q pre gaudio pſallere cepi dicens. Dominus illuminatio mea & ſalus mea quē timebo. Dominus ptector vite mee a quo trepidabo. Et ad pedes domini cum lacrimis puolutus dixi. Domine ſi cōſiſtunt aduerſum me caſtra nō timebit cor meū. Quoniam fortitudo mea & refugium meū es tu: & ppter nomē tuū deduces me & enutries me.

DEO GRATIAS.

Finis expoſitionis quā non perfecit Inſtāte mortis tpe. Hec fuerunt verba nouiſſima fratris Hieronymi ad dn̄m deum anteq̄ ſumeret ſanctam euchariſtiā pro viatico vltimo/& in eo finem fecit/mortiq traditus eſt.

ORATIO.

Agnifice domine ſcio ego ꝙ tu eſ: verus deus creator mundi et humane nature. Scio ꝙ tu es iſta trinitas perfecta & indiuiſibilis & inſeperabilis. In tribus perſonis diſtincta pr̄e filio et ſpiritu ſancto. Ego ſcio ꝙ tu es verbum eternum:ꝙ manaſti de celo ī terram In vterū Marie ſemper virginis. Exaltatus in ara ligno crucis ad effundendum tuum precioſiſſimum ſanguinem ꝓ nobis miſerrimis peccatoribꝰ. Precor ergo te mi dn̄e optime. Oro te ſaluatorem meum. Rogo te conſolatorem meum. Ne tam copioſus ac precioſus ſanguis pro me inuanum ſparſus ſit. Sed magis in remiſſionem omnium meorum delictorum. Et pro illis pro quibus ego imploro deprecatōnem ab eo die quo accepi aquam ſancti baptiſmatis vſꝗ in iſtud monumentum. dicoꝗ tibi meam culpam domine omnipotens. Et ita peto veniam de hiis ī quibus offendi preſentē ciuitatē. Et oēm populū ſiue ſpiritualē ſiue mūdanū. Et itidem de omni re a me non intellecta. in quibus a vero erraui. Et ab omnibus hic circunſtantibus humiliter obſecro. ob deum mihi percendum ac ꝙ pro me deum precentur vt ſit mea fortitudo nūc et in vltimo fine ob hoc ne aduerſarius inimicꝰ in me poteſtatem habeat vllam.

AMEN.

Cōcluſiōes fratris dn̄ici pro hieronymo per eū ꝑdicate

Eccleſia dei indiget renouatione.

Flagellabitur. Renouabitur.

Elorentia quoꝗ poſt flagella renouabitur & ꝓſperabit̄.

Infideles conuertentur ad criſtum vt patet anno criſti quīgenteſimo ſupra xxxiiii. milia baptiſati in granata.

Hec ōnia erunt temporibus noſtris.

Excōicatio nup facta cōtra venerādū patrē fratrē ieronymum nulla eſt.

Non obſeruantes eam non peccant.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

III B.38

TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Centimetres
Inches

X